



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Syntagma Iuris || Vniversi, Atqve Legvm || Pene Omnivm  
Gentivm, Et || Rervm Pvblicarvm Præcipvarvm,||**

**Grégoire, Pierre**

**Francofurti ad Mœnum, M.D.XCIX.**

**VD16 VD16 G 2999**

7 de Diacono & subdiacono.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-97739](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-97739)

6 ¶ Eatque ¶ definitus etiam in ecclesiis singulis certis exorcistarum numerus. ut constat ex epistolis Anaclei, & Corn. li 7 Pontificis apud Eusebium lib. 7. *hystor. cap. 33.* ¶ Adhibebantur autem ¶ exorcistæ primum, & exorcizantur, & iactatis vel possillis a spiritu pessimo. ut aiunt interpretes in concilio An-cyrano, c. 18. vt & supra in principio huius exorcizatus tractationis diximus. Item secundo infidelibus, vel non Christianis dum ad Christianismum, vel dum ad sacrum lauacrum accedunt: quia & ante Dei possessionem, illi erant sathanæ mancipia ob peccatum primi parentis. Proinde ante baptismum iubet D. Dionysius Areopagita, lib. de ecclesiast. hier. c. 2. ter exufflari sathanam, & eius opera eiurare. Et D. Augustinus sermo. 17. de ver. Apostol. Et Cyrillus Hierosolymit. Patriarcha, in *Procathe. heli illuminato. pluram Cateche. 16.* exorcizatos ait salubres. fugare demonem, & reuerentiam adhibendam, cum sit exorcizatus. Et nunc hodie ante ualvas ecclesie adiurantur, & exorcizantur baptizandi, non autem in ecclesia ipsa, ob uenerationem loci, neque in priuatis domibus: ob merum scelerum spirituum, ut statutum in concilio Laodiceno, c. 59. Curaque ¶ eadem erat etiam eorundem exorcistarum *καταμάχου*, scilicet, eorum qui erudiebantur in rudimentis fidei ante baptismum, quorum capitibus imponebant manus exorcistæ singulis diebus quadagesimæ, non secus quam energumenis, ut ex concilio quarto Carthaginensi constat. ¶ Sunt ¶ namque istæ orationes efficaces inuocato Dei nomine super creaturis. *Scimus enim*, inquit D. Paulus, 1. ad Tim. 4. *omnem creaturam sanctificari per uerbum Dei & orationem.* Atque ideo inimicus demon, qui abuti creaturis Dei desiderat, possessionem uacua cedere, vt hac cogitur. Sic tæpe demone obsessus, qui ferreis uinculis a multis detineri non potest, ab uino folis uerborum precatationibus continetur, per eam, quæ in illo est Spiritus sancti uirtutem. Simplexque exorcizantis assilatus, afficitur ignitus his qui uideri non possunt, ut ait Cyrillus Hierosolymitanus, *catech. 16. Illuminatio.* Magna vis per le uerborum, quibus & mouentur & pacantur affectus, sed cum his maior si dei diuina potestas, & nominis Dei auctoritas. *In nomine*, inquit, *meo demones uicent, ser. eies tollent, linguas loquentur nouis &c. Marc. 16. Luc. 11. Actuum 4. & 19.*

10 ¶ Adhibentur ¶ & exorcizantur ecclesiastici in sedendis tempestatibus, pro depellendis serpentibus, locustis, & id genus noxis, non quod credamus hoc intelligere, sed quod ex sacra pagina nobis constet, sæpe excitari hæc a demonibus in perniciem generis humani. Sicut in historia Iobi cap. 1. & in operibus magorum satis constat. Quod & testantur Constantinus & Iulianus Cæsares, *leg. multi 6. de malic. & mathem. libr. 9. c. titul. 18.* Multi, inquit, *magis artibus elementa turbare, uitam insonitum labefactare non dubitant.* Atque idem Constantinus in *l. eorum 4. §. leodem. Nullis criminationibus*, inquit, *implicanda sunt remedia humanis quaesita corporibus, aut agrestibus locis innocenter adhibita suffragia, ne naturis uindictis metuerentur imbres, aut uentis grandinisque lapidatione quaterentur.*

11 ¶ Et ant ¶ apud ethnicos qui demonia etiam pellerent, & morbos incantationibus curare se posse profiterentur: uerum hoc uel ex consortio impio demonum & cõsensu, uel simulate contingeat, uel cultu idololatriæ demoni tanquam Deo exhibito nefandissimo. ¶ Veluti & Seneca refert, *lib. 4. Quæstio. natur. cap. 10. 6.* Cleouæ fuisse publice præpositos *χαρὰν ποιῶντας*, hoc est, *speculatores futura grandinis*, quibus signum dantibus adesse iam grandinem, quisque pro se agnum album immolabat: alius pullum; protinus autem illæ grandines alio declinabant cum aliquid gustassent sanguinis: Quod si quis nec agnum nec pullum habebat, digitum iuum bene acuto graphio pungebat. & hoc sanguine litabat. Nec minus se ab huius agello grando se auerteat, quam ab illo pro quo maioribus hostis exorata erat. Meminit & Plutarchus de hoc, *lib. Sym. o. 7. problem.*

12 ¶ Omnino certe falsum, uel demoniacum hoc: nisi forsitan credamus, sanguinis hor. ore abigi grandines turbinesque. Veluti Plinius notat, *lib. 28. cap. 7.* muliere quæ patitur mensit ua nudata, eadem contingeat, & auerti celi uolentiam. ¶ Narratur ¶ & de Apollonio Tyaneo, *Ph. hist. libr. 4. de uita Apollonii*, eum demonem quendam ab Epheso ciuitate pepulisse, postquam populo ostendisset eundem sub specie & forma lenis inter ciues obambulare, & pestis, quæ in ciuitate grassabatur, causam esse, quem lapidibus obrui iuperat.

14 ¶ Narratur ¶ in Tripartita historia, *lib. 9. cap. 24. de Appama* templo Iouis, quod cum demolendum esset a prefecto o-

rientis iussu episcopi Marcelli, apparuit teter: imus læmon, qui flammam ardentes immittas prohiberet, & aqua lustr. Il in ignem immissa demonem fugasse, & aqua in olei speciem conuersa, templum celeriter contigraffe. ¶ Scilicet ¶ Epiphanius, *Cyria. 15 Episcopus, tom. 2. libr. 1. contra hereses.* quoque Iosephum quendam a Iudaismo ad fidem conuersum, cum mandato Constantini in Tyberi templum Deo ædificare uellet, & calce egens, caminosque calcis instruens, adiurationibus uel incantationibus Iudæorum prohibitus fuisset igne calcem coquere, aqua, quam signo crucis coram populo consecrauerat, inperfa in caminos, inuocato nomine Iesu, incantationes magicas dissoluiffe.

¶ Na rat etiam ¶ Philostatus, *lib. 4. de uita Apollonii*, unam 16 ex lamis, quas uocant Græci *μαρμαρίδες*, phasma quoddam Menippo cuidam Lycio in formam mulieris pulcræ coniunctam, atque nuptias cum eo depactam: uerum die nuptiarum, Apollonium Tyaneum coegisse eam sese lamiam esse fateri, & uoluisse Menippum ueluptatibus explere, ut eius postea corpus deuoraret. Consiueuisse enim pulcris & iuuenibus hominum corporibus uesci, ubi ad summam sanguinis abundantiam peruenissent: & postea euauuisse, & eius apparatum, & coquos, & seruos. ¶ Fuerunt ¶ & exorcizati adhibiti in baptismo, & oleo 17 christiatis, quo exufflatur demon, ut ait Cyrillus Hierosolymitanus *catech. 1. Mystagog.*

De Acolytis. Cap. 6.

- 1 Acolyti qui, & munus.
- 2 Lumen in ecclesia Dei quare accendatur, eod.
- 3 Acolytis maior ordinis lectoris.
- 4 Acolyti nomen quid significet.
- 5 Acolyti constituendæ aetatis.
- 6 Tonfurandi prima tonsura aetatis.

¶ Vnt ¶ Acolyti, qui faculas & lumen deferunt in ecclesia, dum ¶ sacra mysteria peragenda sunt, uel quando Euangelium legendum, *ca. clericos §. sin. 21. distinct. ca. perlectis 25. distinct. ca. Acolytis 23. distinct.* non quidem ad effugandas tenebras, uel ad Solem lucentem illustrandum, sed ut hoc symbolo luminis corporalis significet lumen illud æternum, eum, inquam, qui uenit, ut testimonium perhiberet de lumine, *D. Ioan. in Euang. cap. 1.* qui uel lux ipse est, & qui illuminat omnem hominem uenientem in hunc mundum. cuius ueritatem ecclesia catholica didicit. Estque huic aliud officium iniunctum, nempe ut diacono ministranti in sacra liturgia sacerdoti, suggerat uice oculos, ex quibus uinum & aqua in sacerdotis calicem infunditur, ad consecrationem sanguinis Domini, *can. Acolytis 23. distinct.* ¶ Maiorque hic gradus ¶ lectoris ordine: quia lectori non licet sacra in sacra 2 rio contingere, acolyto licet, *ca. non liceat cui libet. cum 2. seq. 23. distinct.* ¶ Vnde ¶ & nomen *ακόλυτος*, id est, non impeditus: is enim cum in numerum eorum, qui sacramenta maiora pertractant, non sit receptus, tamen non est impeditus, quin possit cum illis sacris faciendis interesse. Sic enim G. æci dicunt *ακόλυτος* uel *εὐδοκῆς*, ut Lucianus in *Timo.* & Herodianus in *2. pasha. de εὐδοκῆς* *αὐτῆς ἡγεῖται ἀκόλυτος*, ing. effus liber, ut nec accessu prohibeatur. Meminit de acolyto Nicephoro D. Cyprianus, *lib. 2. Epist. epist. 8.* ¶ Etatem ¶ sufficientem adhuc consequendum ordinem existimauit Sozinus summus pontifex, 21. annum, ¶ quatuor decimū inquam a prima tonsura suscepta post infantiam, *ca. in multis, & cap. sequen. 77. distinct.* quæ est septem annorum, *l. si infanti. C. de iure deliber.*

De Diacono & Subdiacono. Cap. 7.

- 1 Ordinum omnium finis sacerdotium.
- 2 Diaconorum institutionis causa, & munus.
- 3 Diaconi episcopi.
- 4 Diaconus quis maior & minor sacerdote.
- 5 Diaconi in ecclesia Dei, in locum Lenitarum.
- 6 Diaconi retrahi possunt ad ecclesias, in quibus ordinati sunt, nec ordinari debent, nisi certis ecclesiis.
- 7 Diaconi officium quod.
- 8 Subdiaconus quis, & officium. Nathanael. eod.
- 9 Diaconatus num ordo ecclesiasticus.
- 10 Diaconissa & eius aetatis.
- 11 Diaconorum & presbyterorum aetatis quæ.

12. Diaconisse officium.
13. Diaconisse castitatem promittunt.
14. Subdiaconatus est gradus precedens diaconatum.
15. Manuum impositio fit diaconis & subdiaconis.
16. Subdiaconatus officium.

- H**ic repetere oportet, quæ de archidiacono dicuntur, quantum pertinet ad nominis diaconi significationem: quod non aliud quam ministerium exprimeret diximus. Porro hic Diaconus & subdiaconus ratione presbyteri dicuntur, cui ministrant vel subministrant, non secus ac omnes ordines ecclesiæ pertinent ad finem officii sacerdotalis, in quo nobilioris sacramenti fit tractatio, & in quo sacramentorum omnium fons, institutor, & largitor gratiarum omnium adest, Deus ipse & redemptor humani generis Dominus noster Iesus Christus.
- E**t quæquam olim in nascente ecclesia diaconi fuerint introducti ab apostolis, ut ministerio mensarum quotidiano inferuissent: tamen obseruandum est, & in auxilium presbyterorum nempe & apostolorum electos fuisse, ut liberi incumberent verbo Dei: illi autem quæ ad temporalium sollicitudinem pertinebant, tractarent, *Actuum 6.* Idcirco nihil aliud diaconi officium est, quam opera adhibita sacerdoti in rebus subministrandis in consecrationem: quare ei vel sacrificanti, vel baptizanti adstant. Prohibitum tamen illis concilio Arelatensi, *can. 15.* ne ipsi offerant sacrificium, eucharistiam tamen consecratam distribuunt, ex concilio Carthaginensi, *can. 28.*
- D**iaconi & episcoporum, nunc archidiaconi, vel præcipui inter diaconos, sunt veluti episcoporum oculi, perspicientes actus totius ecclesiæ, quos referant episcopo, *can. diaconi ecclesiæ. ca. diaconi septens. & ca. diaconi qui, & ca. diacones 93. dist. 1.*
- N**obiliores tamen hi diaconi, ratione potius episcopi, cui deferuntur ea que de causis tunc præstantiores presbyteris non fungentibus eo officio: at reliqui minores censentur sacerdotibus, & eis subiciuntur, & locum digniorem concedere debent, *c. a subdiacono, ca. peruenit. & ca. non oportet. ca. diaconus ut a se, & c. nonnulli. 93. dist. 1.* De vita autem & moribus requisitis in eis, sicut & in hypodiaconis, docet abunde D. Paul. 1. *Timoth. 3. ca. erubescant 12. dist. 1. c. si quisquam, de cobab. cler.*
- S**uccessit autem diaconatus in ecclesia Dei in locum Leuita, *ca. clericus, circa fin. 93. dist. 1.* qui ministrabat sacerdoti legis antiquæ ex Dei iussu, *Numer. cap. 8 & 9.* Idque pro necessitate ecclesiarum, in quibus ordinabantur, ad quas iure possent ab episcopis, ut ad ecclesias proprias retrahi, etiam per sententiam excommunicationis: veluti proficit exemplum apud Gregorium Turonensem, *lib. 10. histor. Turon. cap. 14.* de Theodolpho diacono Parisiensi a Ragnimundo episcopo Parisiorum excommunicato, quod ab episcopo Andegauensi nollet redire in propriam ecclesiam. Quod etiam fuit decusum in concilio Arelatensi, tempore Constantini Cæsaris, & Syluestri Papæ, *can. 2. de his qui in quibusvis locis ordinati fuerint, in illis perseverent, & in can. 22. presbyteri & diaconi dimittentes propria loca in quibus ordinati sunt, reuocantur: si recitent, deponuntur.* Et in vigesima tertia sessione concilii Tridentini, in decreto de reformatione cap. 16. statutum, ut nullus in posterum clericus ordinetur, qui illi ecclesiæ aut pio loco, pro cuius necessitate aut utilitate assumitur, non ascribitur ubi suis fungatur muneribus, nec in ceteris vagetur sedibus. Quod si locum inconsulto episcopo deseruit, ei sacrorum exercitio interdicitur. Idem statutum concilio Niceno, *capit. 15. & 16. ca. sacerdotum 70. dist. 1. ca. 12. de clericis peregrin. & in concilio Antiocheno, cap. 7. & Chalcedonensi cap. 13.*
- A**d diaconi officium pertinet, assistere sacerdotibus, ministrare omnibus que aguntur in sacramentis Christi in baptismo: in chrysmate, patena, calice: oblationes quoque inferre & disponere in altari, componere mensam Domini ac vestire, crucem ferre, predicare Evangelium & epistolam ad Paulum, *can. perlectus 25. dist. 1.* Et si diaconus sit episcopi, circuite gregem, & vicia obseruare, & episcopo referre, *can. diaconi 93. dist. 1.* Diaconi etiam simplicis officium, corporalia & pallas lauare, *ca. nemo per ignorantiam, de consecr. dist. 1.*
- Q**ui ministerium adhibet diacono is *in rod. d. 20.* vel subdiaconus dicitur, *c. clericus, 21. dist. 1.* qui successit in locum Nathanaorum, qui erant in synagoga Iudæorum, 1. *Esdræ cap. 8.* Huius officium est, *can. perlectus 25. dist. 1. ca. subdiaconus 23. dist. 1.* Leuitis vel diaconis calicem & patenam ad altare Christi
- deferre, eisque ministrare vtreolum quoque aquam, & mantile tenere; aquam lauandis manibus episcopo, presbyteris, & Leuitis præbere.
- E**xistimatur tamen Urbanus Papa, in *ca. fin. 65. dist. 1.* inter sacros ordines non fuisse connumeratum in ecclesia primitiui subdiaconatum: ideo non posse inde promoueri aliquem iure communi in episcopum, quod Innocentius Tertius sequitur, in *ca. a multis, ca. 9. de arat. & quasita. libr. 1. Decret. tit. 14. ca. ante triennium 31. dist. 1.* Hodie tamen est sacerdos, *ca. miramur, cap. 7. de ser. non ordin. libr. 1. Decret. tit. 18. elem. ubi, de arat. & qual. in elem. cum* & fuerit ordo tempore apostolorum, sed non inter eos, quos nunc dicimus sacros, si quidem de illo meminerunt canones apostolici, *can. episcopos 35. dist. 1.* Meminit de hypodiacono & acolyto Cyprianus libro secundo *Epistol. epistol. 10. & libr. 3. epistol. 22. & 21.* Meminit & D. Ignatius, *epistol. ad Antiochenos.*
- I**nuenimus tamen etiam in iure ciuili diaconissæ mentionem, eamque saltem esse quinquaginta, vel sexaginta annorum ætatis, *l. nullam, de episcop. & clerico.* In Nouellis autem Iustiniæ neis postulantur quadraginta, *s. diaconissam de sancti. episcop. coll. 9. auibent. diaconissam, C. de episcop. & cler. quod & in Chalcedonensi concilio statutum cum diligenti examinatione, in Chalcedon. concil. cap. 14. & ca. diaconissam 25. quæst. 1.* Quamuis in diaconatu nunc, *ca. de his, 28. dist. 1.* ætas sit legitima viginti annorum, in subdiaconatu octodecim, presbyteratus viginti quinque. De diaconissarum officio sic scribit Epiphanius, *lib. 3. contra hæres. tom. 2. Sed & diaconisse constituantur in ministerium mulierum solum, propter reuerentiam, si epus fuerit, balnei gratia, aut visitationis, aut inspectionis corporum, & ipsa sine etiam, quam unus nuptus continenter se habuerunt, aut ab vnica nuptis viduitatem seruauerunt, aut semper virgines sint.* Nam nec licet illis postea imonium expectari: alioquin anathemate plectuntur, *in ca. 14. concil. Chalcedon. in ca. diaconissam 25. quæstio. 1.* Prius enim quam ordinentur promittere debent castitatem, *ca. de Straciana, & c. ecce, c. duob. c. seq. 28. dist. 1.*
- G**radus tamen ad diaconatum subdiaconatus est, nec turbato ordine diaconatus ante subdiaconatum confertur: *ca. sollicitudo 52. dist. 1.* vnde nec ex subdiacono per saltum fit archidiaconus, cui possit episcopus elici inde, *ca. innotuit, & ca. nullus in episcopum 10. dist. 1.* Fit tamen & diacono & subdiacono manus impositio per episcopum cum ordinantur, alioquin sine illa ordinatus hoc supplementum adiciere oportet, *cap. 1. de sac. non inter. ca. diaconus 23. dist. 1.* Verum diaconus recipit manus consecrationis ab episcopo impositionem, non autem talem subdiaconus, sed benedictionis *ca. subdiaconus 23. dist. 1.* sicut enim accipitur in subdiacono manus impositio pro benedictione, *in dist. capit. 1. de sac. non inter. can. quoniam 69. dist. 1. can. manni. quæst. 1.*
- A**d subdiaconi officium pertinet, calicem & patenam ad altare Christi deferre, & Leuitis tradere, eisque ministrare vtreolum quoque, & aquam, & mantile: & manutergium tenere, episcopo, presbyteris, & Leuitis pro lauandis ante altae manibus, aquam præbere, *ca. perlectus, s. ad subdiaconum 25. dist. 1.*

#### De Presbytero, Sacerdotio, & presbyteratu. Cap. 8.

1. Anima inditus Dei natura d. clante cultus.
2. Religio iurigenium, & natura: etsi medus eorundem alterius iuris.
3. Deo omni tempore ab omnibus sacrificatum.
4. Sacrificare quid.
5. Sacrificia publica & priuata, & eorum species.
6. Sacrificulorum necessitas.
7. Sacra tractanda honeste, eod.
8. Sacerdotes vnde nominati.
9. Presbyteri quare d. t. sacerdotis, eod.
10. Sacerdotis summa ecclesiastica dignitas.
11. Sacerdos generali appellatione quilibet dici potest.
12. Presbyteria mulieres qua dicantur.
13. Sacerdotis nomen continet episcopos omnes, & summum pontificem.
14. Presbyter & episcopus pro eodem olim & dignitas.
15. Episcopus in ecclesia maior, in domo presbyteris a quo.